

CAESARIS DE BELLO GALLICO

TEXTO ORIGINAL

Post eius mortem nihilominus Helvetii id quod constituerant facere conantur, ut e finibus suis exeant. Ubi iam se ad eam rem paratos esse arbitrati sunt, oppida sua omnia, numero ad duodecim, vicos ad quadringentos, reliqua privata aedificia incendunt; frumentum omne, praeter quod secum portaturi erant, comburunt, ut domum reditionis spe sublata paratiores ad omnia pericula subeunda essent; trium mensum molita cibaria sibi quemque domo efferre iubent.

REFORMULAÇÃO

Helvetii conantur, post eius mortem, facere nihilominus id quod constituerant, ut exeant e finibus suis. Ubi iam sunt arbitrati se esse paratos ad eam rem, incendunt oppida sua omnia, numero ad duodecim, (incendunt quoque) vicos ad quadringentos et reliqua privata aedificia. Comburunt omne frumentum praeter quod erant portaturi secum, ut essent paratiores ad subeunda omnia pericula, sublata spe reditionis (ad) domum. Iubent quemque efferre (ab) domo molita cibaria sibi (ad) trium mensum.